

Nr. 24.

VISVM PROPHETICVM,

Ezechieli c. XXXVII, 2-14. oblatum.

DE

OSSIBVS HVMANIS.

PRIMO QVIDEM ARIDIS AC DISPERSIS, DE-
INDE VERO NERVIS, CARNE ET CVTE OBDVCTIS, AC
DENIQUE VITALI SPIRITU ANIMATIS,

CIVIBVS ACADEMIAE

FRIDERICIÀNAE

IN PENTECOSTALIBVS FERIIS PIE MEDITANDVM PROPOSIT

PRORECTOR

D. IO. HENR. MICHAELIS,

FAC. THEOL. SENIOR, ET SEMINARII

THEOL. DIRECTOR,

VNA CVM

CANCELLARIO, DIRECTORE
ET RELIQVIS PROFESSORIBVS EIVSDEM
ACADEMIAE.

ANNO CCCLXXXIV.

**HALAE MAGDEBURGICAE
LITTERIS KITLERIANIS.**



dmirabile visum est, **NOBILISSIMI CIVES**, quod
EZECHIELI Prophetæ c. XXXVII, 1-14. oblatum
a Deo legimus, de osibus hominum interfectorum,
primo quidem aridis, inque superficie val-
lis alicuius dispersis, deinde vero coniunctis, ner-
visque, carne & cute obductis, ac denique vi-
tali spiritu animatis. Absoluitur id duabus potissimum partibus: prior
ipsum typum propheticum, Ezechieli in visione ista exhibitum ex-
hibit v. 1-10. posterior evolutionem & explicationem illius typi
subiungit v. 11-14.

Quod ad typum ipsum adinet, visus est sibi Ezechiel fuisse *in*
medio campi, seu *vallis* v. 1. non vagæ forte ac indefinitæ, ut
quænam illa nominatum fuerit, ambigi oporteret; quanquam ver-
nacula versio nostra, minus pressæ ad fontes Hebraeos, *ein wœit*
Feld reddiderit: sed, vt authenticus texrus habet,
בֵּין הַכְּנָפָת *in medio vallis illius*, ac proin certe alicuius ac determinatae val-
lis, quæ Ezechielic voluminis attento lectori ex antecedentibus nota
iam esse debuit ac potuit. Cuiusnam igitur? illius nempe, quæ Ba-
bylonici imperii oppido *Theb-Abib* apud Chaboram fluvium, vbi
Propheta cum bona ludorum exulum parte captiuus degebat, vi-
cina erat c. III, 22. 23. collato ibidem v. 15.

Modus vero, quo Ezechiel & fuit illuc, & sibi a Deo ostensa
vidie, non corporalis, sed ecclasticus fuit: prout ipse nos docet Pro-
pheta v. 1. *Falsus*, inquiens, *est super me manus Domini, & edu-*
xit me (non corporaliter, sed) *in spiritu Dominus*. Vbi formula
illa *in spiritu*, in fontibus Hebraicis absolute posita, perinde valet
ac synonymæ, *in visionibus Dei* c. VIII, 3. & c. XL, 2. *in visione*,
in spiritu Dei c. XI, 24. item è *πνεύματι* *in visione* Act. XXVI,
9. sive, vt Paulus loquitur, *non in corpore*, *sed extra corpus* & Cor.
XII, 2. Plane vt & Ioannes Apostolus se ait fuisse è *πνεύματi*, *in*
spiritu, vbi illustria illa visa apocalyptica contemplanda accepit
Apoc. I, 10. c. IV, 2. c. XXI, 10. Ex quo intelligimus, Ezechi-
elem, quum hæc vidit, corpore quidem manisse in oppido Theb-
Abib, seu loco commemorationis suæ ordinario; mente vero, eaque
& Spiritu Dei eleuta & veluti abstracta, in vicina oppido isti fuisse
valle.

Obie-

Obiectum, quod Ezechiel ea occasione vidit, initio quidem
triste ac, ut videbatur, desperatum; mox vero, ex lata, quam sub-
iit, catastrophe, non iucundum minus fuit, quam admirabile. Erat
vtique, quod Ezechieli per campum illum circumducto ostendebat-
tur, spectaculum longe tristissimum: *os̄a hominum v. 1.* eaque (v.
v. 9. vocantur) *intersectorum*; nec pauca illa, sed *multa valde*,
& campum rotum *circumcircum implentia*, sicque vehementer
v. 2. De quibus cum interrogaretur Propheta, *Fili hominis, pu-*
tasne, viuent̄ ossa ista? respondit: *Domine Deus, tu nosti.* Non,
quasi Ezechiel dubitauisset de futura olim vniuersali mortuorum re-
surrectione, cuius fidem ecclesia Christi articulo III. Symboli Apo-
stolici profitetur: *ut pote de qua non minus certus poterat esse, quam*
Lazari soror Martha; que ad vocem Christi, *Resurge frater tuus,*
animo nequidquam suspenso aut hæsitative, *Scio,* inquebat, *fōre,*
ut resurgat in resurrectione in die nouissimo, Ioh XI, 23. 24. Po-
tius responione ista innuit Propheta, ignorari a se, quodnam es-
set Dei consilium circa hæc ossa, que, ut tunc temporis & eo in
loco se habebant, facile intelligebat, cariei sue, tantumque non
totali corruptioni, ad consummationem vsque sacerdorum relictum
ari, tantum abest, ut vitam in præsenti recuperatura essent, nisi Do-
mino visum esset, diuina potentia vitam eis reddere. Igitur, quo-
ad Deus ea super re mentem consiliumque suum ipse non declarasset,
propositam quæstiōnem sibi prorsus insolubilem futuram esse, diu-
nus vir ingenuus fassus est.

Sed ubi humanitus tristia quæque sunt, & deplorata, ibi di-
vina virtus & potentia lætiora succedere facit. Postquam nempe
Propheta ignorantiam suam de recuperanda osib⁹ istis vita fassus
esset, os⁹ res, supra humanam spem & expectationem, in me-
lius ire cepit; idque ex diuino imperio, cuius effectus fuit præsen-
tissimus. Iubetur enim Ezechiel ossa illa adloqui voce (si quidem
humanitus res spectaretur) paradoxa, sed non minus potente &
efficace, quam imperiosa. Proemialis adloquii formula maiestatis
plenisima est v. 4. *Ossa arida, audite verbum Domini.* Eius
vero argumentum primo in compendio exhibetur v. 5. *Hec dicit*
Dominus osib⁹ his: Ecce ego intromittam in vos spiritum, &
viueris: deinde per exergam quatergemino orationis membro
declaratur v. 6. Membrum primum declarationis est, *Et dabos u-*
per

per vos neros; alterum, & succescere faciam super vos tare; tertium, & superextendam in vobis cutem; quartum vero, idque primarium, & dabo vobis spiritum, & viuetis: quibus subiungitur totius promissionis confirmatio, Ecognoscetis me esse Dominum.

Successus autem effectusque diuini huius imperii, ut maxime notabilis, sic initio quidem aliqualis & iachatus, in progressu vero plenarius & complectus existit. De priore sic narrat Prophetas v. 7. 8. Factus est sonitus prophetante me, & ecce commotio: & accesserunt ossa ad ossa, & numquidque ad iuncturam suam. Et vidi, & ecce super ea neros & carnes ad cenderunt: & extensis est in eis cutis desuper. Evidet vero defuit huic effectui illud, putat, quod Ezechiel verbis iam memoratis proxime subiicit, momentum maiorem in modum memorabile, & quod vnguis literis scribatur, dignum: ET SPIRITVM NON HABEBANT. Igitur quemadmodum generatim opera Dei successus & veluti gradibus suis procedunt, & sua quaque tempora habent, ut vel ipsa creationis huius uniuersi historia docere nos posset: ita etiam hoc circa ossa ista opus, ultimum suum complementum consequi debuit. Proinde iubetur Prophetas nouo adloquio spiritum his verbis compellere v. 9. Hac dicit Dominus Deus: Ad quattuor veni spiritus, & insuffla super interfectos ipsos, & reuiniscant. Quo facto, eadem ossa, que arida prius, postmodum vero neros, carne & cute obducta, quanquam adhuc inanimata fuerant, spiritu ingresso animata sunt. INGRESSVS EST, inquit, IN EA SPIRITVS, ET VIXERVNT: steteruntque super pedes suos, exercitus grandis nimis valde.

Hacenus, o Ciues, nisi illius propheticæ cognovistis historiam: nunc igitur cupientis explicationem ac sensum eius paciter percipere. Deus ipse, tanquam optimus verborum suorum interpres, dedit explicationem, que, quoniam authentica est, exspectationem vestram non faller. Dixit enim Dominus ad Ezechielen v. 11-14. Fili hominis, ossa haec uniuersa dominus Israël sunt. Ipsi dicant: Aruerunt ossa nostra, & perire spes nostra, & abscondi sumus. Propereta vaticinare, & dicos ad eos: Hec dicit Dominus Deus, Ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulcris vestris, popule mi, & inducam vos in terram Israël. Et sciatis, quod ego Dominus sum, cum apernuero sepulcrum vestrum, & eduxero vos de tumulis vestris, popule mi. Et dabo Spiritum meum in u-

bis, & viuetis, & requiescere vos faciam super humum vestram?
Sciatis, quod ego Dominus loquutus sum & fecerim, ait Dominus.

Liquer autem ex his verbis, esse hoc visum declarationem & confirmationem superioris vaticinii c. XXXVI, 24. seqq. quo Deus populo Iudaico redditum ex captitatem in patriam, una cum subie-
quitura Spiritus sancti effusione, itidem iam promiserat. Liquer inde porro, visum hoc esse desuntum ex reuelata doctrina de fu-
tura carnis resurrectione, seu ipsis fidelibus veteris Testamenti non
ignorata, v. g. Danieli c. XII. 2. Et multi, ex dormientibus in
terra paluari euigilabunt (seu euigilantes fient), alii ad vitam
eternam, alii vero ad probra, ad ignominiam eternam. Liquer
item, posse illud fidei mysterium de resurrectione carnis, ex hoc
ipso visto propheticō commode & utiliter illustrari: sive confidere-
mus elegantissimam futurā mortuorum resurrectionis imaginem, no-
bis in eo representatam: sive respiciamus scopum, quo Deus re-
ductionem Iudeorum ex Babylonica captitatem, sequitur amque vi-
vificationem tempore noui Testamenti, per Spiritus sancti in eos
effusionem, sub typo resurrectionis mortuorum piagere & confir-
mare voluit, eo scilicet modo, quo Abrahamus, Paulo teste Rom.
IV, 17. creditit Deo, qui vivificat mortuos, & vocat ea que non
sunt, tanquam ea que sunt. Recepit enim HIERONYMVS in Comment.
ad hoc visum Ezechielicum montuit. Nunquam ponetur similitudo
resurrectionis ad restitutionem populi Israelicī significandam;
nisi stare ipsa resurreccio, & futura crederetur: quia nemo de
rebus non existentibus incerta confirmari.

Vt ut vero haec liqueant, tamen, si Deum (at quantum & quam
agitionis restem!) audimus, ossa istae in hoc typo propheticō
sunt tota domus Israhel; eaque arida, in quantum tempore capti-
vitatis Iudeorum perisse, ipsique abscisi & excisi esse videbar-
tur; sed nervis, carne, cute obducta, quatenus, regnante postmodum
Cyro Persarum rege, soluta captitatem, velut apertis tumulis, Iu-
dæi ex peregrino in patrum solum remeantur, ibique sua rursus ha-
bituri essent domicilia, fundos, rempublican & sacra publica; de-
nique ingresso spiritu vivificata, quatenus post aduentum Christi
Ecclesia donorum Spiritus sancti largo imbre perfundenda esset, ad
veram vitam, que ex Deo est, agendum.

Ac de his quidem eventibus futuris, vtut latissimis ac exopta-

tissimis, tamen Iudei, triste in Babyloniam exilium agentes, desperabant, saepe ingeminantes illud, *Perit spes nostra, excisi sumus nobis!* Exemplum erant communis illius miseriae, corruptionis ac peruersitatis hominum, de qua Ieremias c. XVII, 9. *Prauum est,* inquit, *cor omnium, & inscrutabile,* siue ut vernacula interpres reddidit, *Es ist das Herz ein trotzig und verzagt Ding.* Vt enim prius securi fuerant, neque Prophetarum vocibus, captiuitatem praenuntiantibus, credere voluerant; ita, quum iam haererent in illa, in contrarium desperationis adfectum abrepti sunt, vt dicerent: *Quod ad ambas illas gentes, quas Dominus elegerat, eas reiecit, reiectione nempe perpetua,* Ier. XXXIII, 24.

Ceterum ut in typo Ezechielico reuiuiscentium scelerorum, duo distincta ac ipso tempore diuersa representata momenta sunt, unum compactio osium per obductos neruos, carnem, cutem, ita ut spiritus in eis nondum esset v. 8. alterum, eorundem compactorum osium, seu corporum, subsequita animatio per ingressum spiritum; sic in antitypo, seu mysterio per typum adumbrato, eadem momenta intelliguntur tum re ipsa, tum tempore differre. Estque tum heic tum illic aliquis ad primam primi hominis creationem respectus & allusio, Gen. II, 7. *Formauit Dominus Deus hominem de limo terra, quod est momentum prius;* & inspirauit in nares eius spiraculum vite, *& factus est homo in animam viventem,* quod est momentum posterius. Plane ut ipsorum ethnicorum fabula, quae apud STEPHANVM BYZANTINVM sub voce Τυνον, & apud LVCIANVM in Prometheo, descripta legitur, ad candem creationis historiam respicit, cum Jupiter Prometheo *l' Mineru in mandatis dedit,* ut ex luto simulacra (homini) formarent, & ventis aducatis omnia inspirauit, *& viua reddire.*

Quod igitur ad typum propheticum, recte B. HIERONYMVS Comment, ad v. 8. viii Ezechielici. Primum, inquit, *offa cum aliis osibus neruorum vineulis colliguntur;* deinde implentur carnibus, *& desuper ob pulvritudinem exceduntur eis,* quae nudarum carnium operat fidelitatem: *& eum accipiunt spiritum, qui vivere ea facit.* Quod vero ad antitypum, populus Iudaicus, quum ex permissione Cyri in patriam reuersus, auitos fundos, remque publicam suis legibus gubernatam, cum facis publicis, Leuiticae legi conformatis, receperisset, deficerat quidem instar aridorum dispersorumque esse osium; expectat contra non solum aliquod esse skeletum, coniunctorumque veluti osium compages, veruna etiam in corpus euaserat, neruis quasi & carne, cutaque obrectum: sed dici de his utique potuit, *Spiritus non erat in eis,* seu non habebant *Spiritum.* Quodsi tunc, cum Christus iam quidem venisset, nondum vero, passionibus a morte exaltatis, exaltatus esset, tamen Ioannes Euangelista c. VII, 39. dicere potuit,

potuit, Nondum (effusus) erat *Spiritus sanctus*, quoniam Iesu nondum glorificatus erat; utique multo magis si potuit dici tempore veteris Economiae, quam Iesus non modo nondum glorificatus, sed nequam in carne manifestatus fuit. Non quasi tempore veteris Testamenti plane nondum exstisset *Spiritus*, neque quasi eius dona cum priis fidelibus nulla omnino communicata fuissent; (potius Deus populo Iudeo ex captiuitate reduci per Haggaeum c. II. 5. nunciarit iusit: *Verbum, quod pepigi vobiscum, cum egredesemini de terra Aegypti*, & *Spiritus meus erit, seu secundum veritatem Hebraicam, persistens est, in medio vestrum), sed quod ex largitate, qua in Apostolos & fidibus noui Testamenti post adiunctionem Christi effusus debuit, nondum fuisset. Quia de re adscribere invabat ALEX. MORI ad locum Iohannis allegatum verba, ex eius *Causa Dei* p. 112. Non esse discutatur in Scriptura, qua non adparens illustreret in modum, aut quorum non est memorabilis & conspicua multitudine, ac ubi insigne. *Spiritus autem sanctus* dicitur ab aeterno erat, & in rophebitis erat, nec Patribus V. T. dicerat, sed longe paucioribus & obscuris & parcis indulgebat. Haecen iugiter non fuisse dicitur Iohanni, ut via sanctuarioris celestis nondum fuisse manifestata dicitur auctore ad Hebreos. Premititur a Christo iamiam daturo, & promissus erat a Prophetis olim dandus per Christum, & initio epistole ad Ephesios *Spiritus* promissionis vocatur. Nondum iugiter erat: quippe promissus, nos missus erat ille *Spiritus*, per quem tradidimus fraternas onores Christianos.*

Ex dictis sequitur, posterius illud momentum, quod in vii Ezechielici antitypo deprehendimus v. 14. *Dabo Spiritum meum vobis, & viventis, non quidem propterea excludere tempora veteris Economiae, in primis tamen spectare ad tempora noui Testamenti, atque in his demum illustrissimum complementum & debuisse accipere, & accepisse. Id ipsum vero confirmatur ex analogia aliorum victimariorum sacri Codicis, in quibus eadem promissio, de dando Spiritu Dei, ad novi Testamenti tempora palam spectant, ut sunt Esa. XXXII. 15. c. XLIV. 3. c. LIX. 21. Ezech. XXXVI. 26. 27. c. XXXIX. 29. Zach. XII. 10. &c., quod victimariorum illorum omnium principes est, loc. III. 1. 2. huc (ex aliis Capitum distinctione) c. II. 28. 29. Et erit post bac, effundam Spiritum meum super omnem carnem: & prophetabunt filii vestri, & filia vestra: senes vestri somnia somniabunt, & iuuenes vestri visiones videbuntur. Sed & super servos & ancillas in diebus illis effundam spiritum meum. Hac ipsa enim verba sunt, que tum, cum Spiritus sanctus in prima noui Testamenti Pentecoste largissime effusus esset, impleta esse Petrus Apostolus pronunciavit Act. II. 16. seqq.*

Quid ad vos vero, Carissimi Clues, haec haec tenet dicta? & quem fructum inde pro vobis comparare poteritis? Equidem si promissio diuina de dono Spiritus sancti ad soles pertineret Iudeos, misera sors vestra & nostra, qui ex gentibus sumus, futura esset: quod vero ante omnia reputandum vobis est, licet Ezechielica haec promissio ad Iudeos nominatim spectet, tam en dorum ipsum promissum commune gentibus cum Iudeis est; id quod Petrus in prima noui Testimenti coniectio pentecostali grauitate inculcavit Act. II. 39. *Vobis est ista promissio, & filii vestris, & omnibus, qui procul sunt, quosunque aduocauerit Dominus Deus noster.* Quamobrem reputate apud animos vestros felicitatem temporum nostrorum, qui sub novo Testamento iam viuumus, ubi Spiritus sanctus non solum promissus,

missus, sed etiam missus est, mittiturque, & mittetur ad finem usque mandi: adeo
ut doni huius caelestis participes reddi possint, qui qui illud a Patre in nomine Filii
piis precibus efflagitauerint, & vltra a Deo oblatum penes se admiserint. Reputa-
te item, quanta sit illorum, in quibus Spiritus Dei est, beatitas: tanta scilicet, vt
illi soli vitam habeant, vitam nempe gratiae & olim gloriae. E contrario reputate,
omnes illos, qui Spiritu Dei carent, similes esse osibus, iisque aridis, in quibus
nec vita, nec vitales sunt motus & operationes, qualia Ezechieli in valle ostensa
funt. Et si vel maxime intellectu vestro, non solum iurisprudenciam omnem,
omnem item salutaris artis scientiam, philosophiam omnia, omnem denique
humanitatis disciplinam, sed, quod plus est, ipsam theologiam cognitionem
complexi essetis: tamen si non selecta & ossa arida, tamen ultra nihil essetis futu-
ri, quam inanima corpora, aut cadavera potius, si quidem hoc vitali spiritu,
qui vere spiraculum spiritus vita appellari meretur, essetis destituti: plane vt de
osibus Ezechieli ostensis, quam nervis, carne & cuti obducta iam essent, tamen
v. 8. dicebatur: sed spiritus non erat in eis: Quales homines Iudea Apostolus in Epis-
tola ipsius v. 19. vocavit *ψυχοι, νευραι, μη ψυχες, animalia, spiritum non*
habentes. Agite igitur, carissimi Cives, & his pentecostalibus maxime feriis Deum,
qui vitali spiritum in vos sufflare prouis est & cupit, adeo nolite respire, vt po-
etas, sicut Propheta nomine Dei per modum imperii dicebat v. 9. *A quatuor ven-*
sis veni spiritus, & insuffla super imperfectos istos, & reuiuscans; ita vos *τυγχα-*
νης & supplici prece Spiritum Iactum compellitis, vt ingredi in vos dignetur,
vosque animet, moveat, & per omnem vitam in regio transe ducat. Considerate
enim, quod B. Ivrarvs in Catechismo minore, vbi articulum tertium Symboli
Apostolici explicat, notanter virget: *Credo, me proprii rationis mea viribus Iesu*
Christo, Dominome, fidere, aut ad eum accedere, & peruenire, nullo modo posse:
sed Spiritus sanctus per Euangelium me vocauit, suis donis illuminauit, in regia
fidei sanctificauit, & conservauit. Hoc si feceritis, bene vobis & in hac vita & in
eternum erit. Interim & hoo reputate, medium accipiendo Spiritus sancti esse
verbum Dei. Hinc in Ezechielico yso Propheta iubebatur osa illa arida com-
pellare, & hac ipsa compellatione, *Ossa arida, audite verbum Domini!* item *Veni*
spiritus, & insuffla super imperfectos istos! spiritum vitalem illis conferre. Igi-
tar quum & his ipsi pentecostalibus diebus verbum Dei, idque efficacissimum
& potentissimum, in publicis cœtibus personabit, nolite illius auditu, & per
consequens fructu eius salutari, hoc est, collatione donorum Spiritus sancti
ipsi vos priuare. P.P. in Academia Fridericana in feriis Pentecostalibus Annis
1513 CC XXXIV.



Ja 1586

ULB Halle
001 508 687


3



VDN8

St

VDN7



VISVM PRO
Ezechielis c. XXXI.
OSSIBVS
 PRIMO QVIDEM ARID
 INDE VERO NERVIS, CARN
 DENIQUE VITALI S
CIVIBVS A
 FRIDERI
 IN PENTECOSTALIBVS FERIS
PRORE
D. IO. HENR.
 FAC. THEOL. SENI
 THEOL. I
 VNA
CANCELLARIO
 ET RELIQVIS PROF
 ACAD
 ANNO
 HALAE MAG
 LITTERIS